



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primo quia est festum copiosissime liberalitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Ber. Pro festo pente. De myste.

spei certioris: et charitatis feruentioris: quod sunt principales fructus quibus nos oportet post christum ascendere quod per suam ineffabilem clementiam nobis prestare dignetur et in celesti gloria suscipere ipse iesus christus saluator mundi filius dei benedictus in secula. Amen.

Sermo pro festo pentecostes.

Repleti sunt

omnes spiritu. Actuum. ij. Ber. in ser. Celebramus dilectissimi mi hodie spiritus solennitatem tota cum iocunditate celebranda: dignam omni deuotione. Proinde si celebramus festorum solennia: quanto magis eius qui habuerunt et facti sunt et facti fuerunt: si veneramus sanctificatos: quanto magis ipsum sanctificatore oportet honorari. Hec ille. Solennitas quippe hodierna singularare quadam obgrinet preminetiam et dignitatem. Et hoc potissime propter tria.

Primo quia est festum copiosissime liberalitatis.

Secundo quia est festum amplissime iocunditatis.

Tertio quia est festum excellentissime sanctitatis.

Primo quia est festum copiosissime liberalitatis. Rex enim regum ascendens in regnum solius profusa liberalitate donos tulit militibus suis. Iuxta illud. ps. Ascendens in altum captiuus duxit captiuitate dedit dona hominibus. Quibus autem dona dedit dicitur quibus appositum: qui repleti sunt omnes spiritu. Ber. Hodie dilectissimi celi distillauerunt a facie dei sinata facie dei israel: et pluit uoluntaria segregata hereditati christi spiritus eius sanctus procedens a patre largioris munere que maiestatis in apostolos superuenit: et tribuit charitatis dona. Hec Berno. Quod pluit ierusalem ab his liberalitas dei. Quod admiranda largitas. Aug. Magna dei misericordia qui dat donum equale sibi.

Secundo est festum amplissime iocunditatis. Quenam possit maior esse iocunditas quam illa quam liberalis spiritus effusio: quam mirabilis diuine bonitatis declaratio: quam caritatis profusio. Quam profusio gaudij totum in orbem terrarum madus ex

ultat. Aug. in li. 2. festi. Est gaudium quod non datur impijs: sed eis qui te colunt domine quod gaudium cuius est et ipsa est beata vita in terris. Hec ille.

Tertio est festum excellentissime sanctitatis. Est enim spiritus iste sanctus in se per essentiam et sanctificationem omnium sanctorum. Unde Ro. ij. de spiritus sanctificationis. Hodie itaque christus de celo spiritus sanctificationis mittens sanctificauit ecclesiam suam. ps. Sanctificauit tabernaculum suum altissimum. Hodie itaque roborata est et firmata ecclesia. Hodie itaque pluit manit dominus mysteria: reparat huiusmodi. Hic spiritus quippe sanctus finis est aliorum mysteriorum. Ad hunc enim incarnatus est dominus: natus: passus: et resurrexit: et ascendit ad celos ut inde spiritum sanctum daret. Ab illo quippe nobis profusus sit quod dei incarnatio: natus: passus: resurrexit: et ascensio: nisi spiritum sanctum nobis daret. E contra si deus non desisset spiritus sanctus datio sine alijs mysterijs: licet arduis ascensionis solennitas maior fuerit in ecclesia triumphanti. Hec tamen excellentior: principalior: et ecclesia mirari. Hec itaque solennitas est delusio aliarum precedentium solennitatum que spectat ad mysterium nostre reparationis. Ber. Post magnificentiam enim resurgens: post gloriam ascensionis: post sublimitatem resurrectionis: non restabat nisi ut expectata iustorum leticia adueniret: et celi muneribus celestes homines impletet. Hec ille. Hec est perfectio principalissima nostra festiuitas in hac mortalitatis uita. Hec enim solius celebramus aduentum spiritus sancti super apostolos in specie uisibili: sed ad uentum eius qui inuisibilis uenit in animas nostras ut eas sanctificet et gratie muneribus impleat. Unde non solum de apostolis: sed de omnibus iustis et bonis dici potest. Repleti sunt omnes spiritu. Ubi notandum est quod quadruplex distingui potest repletio siue plenitudo spiritus sancti. Prima est plenitudo super effluente que fuit in christo Jo. ij. De plenitudine eius omnes accepimus. Secunda est excellentie que fuit in beato ysgaie. Lu. ij. Que gratia plenitudo. Tertia est abundantie que fuit in apostolis Act. ij. Repleti sunt omnes spiritu. Quarta sufficientie que habet omnes iusti. Lu. ij. zacharias impletus est spiritu. Prima est sic plenitudo fluminis. ps. Flumen dei repletum est aquis. Secunda sic plenitudo fontis que fluens. Lca. ij. Fontes bonorum: puteus aquarum uiuentium qui fluunt in perpetuum de lapide uiuifico. Tertia est sic plenitudo riuuli deitatis.